



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

13. Quansiens. Prou. frustra adit Rugg.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

ditū circumduxit, quoad denique non dissimulanter ab iis pulsus est. Urgente commodum Gubernatoris Sciaochinensis ex aula reditu, qui & ipse tam denso attonitus ad Ruggerium concursu, incitatusque ab consanguineis Lincitani, iussit illū Cantonem remigrare; tētere insuper eundē Lincitanum tam olim amicum, & beneficium, eiusmodi literis, ut nec adiri iam à nobis veller; nec in diplomatis quibus domum nostram & templum munierat, nec in Geographica Ricci tabula nomen suum extare. Sciaochinum reuersus Ruggerius Almeida Macaam remisit, quodd peregrinationis impetrasset comitem, non domus inquilinum, & ne inimicis Sinarum oculis, nostrorum illic afficeret numerus, commoatū ipse libenter accepit ad interiores regno Prouincias; eō ipsi sat vili pretio diploma curatum est à Tansiao, Lincitani necessario, ut in Prouincia Quanciensī templum viferet, magno Sinarum vndique affluxu & religione celebratum. Profectus itaque spe nouæ stationis procul alicubi ab infensissima Cantonensi Prouincia figendæ. Queilinum peruenerat Prouinciæ urbem primariam, vbi de stirpe regia, Rex titulo tenus imperabat; eius gratiam munere aliquo raritatis inuisa captans reiectus est à custodibus eunuchis ut homo agrestis, qui Regum aditus necisisset tentari non prius oportere, quàm faciliores explorasset, quare Mandarinō, & Prouinciæ Proregi coactus se sistere, iniquo vultu & animo ab iis exceptus est, insūque cepto itinere quamprimum pergere, seque vrbe auferre: hinc regressus ad Regem, inductusque in capacem aulam, ab eo visus est, sed prope iuuiso ex clathrata densē fenestella spectante; accepit quoque Rex ab eo munus nouitate vna gratissimum, idque illi argento sanē liberali reposuit. Quin & Eunuchus qui argenti lamellas ad eum detulit, siue illius affatu captus, seu cupiditate rerum longinquarum, quibus deinde referendis Regem oblectaret, eam ad cœnam adhibuit: quibus Prorex per exploratores sigillatim perspectis & suspicionibus æstans, Pucensio mandat summo Prouinciæ Ministro, eum vrbe pellat, extruditurque extra portas à satellitibus mortem comminatis, si occultē aut palam pedem vnquam in eas immitteret. Sed is quem dixi Eunuchus, humanitate exhibita nequaquam abstiruit; apertas illi & solennes ab Rege domino suo obtinuit literas, ad Ministros Pasciui ditionis suæ oppido in Prouincia Huguancensī, quibus imperabat illum & excipi, & sumptu publico tamdiu ali, quādiu illic hærere libuisset. Erat illuc iter dierum viginti, & magnis animis eo pertendebat, ut illud oppidum pedetentim, Pechino denique mutaret, ciuitatisque ius, peregrinitate abolita, ab Imperatore impetraret. Sed fortia magis quàm tuta consilia P. Sandes qui Sciaochini præerat abruptit, & post quadrimestre Pasciui exactum eum reuocauit.

Sciaochini de more inter hominum odia & amorem, aduersis & prosperis iactabamur. Proregis Scriba homo sceleratissimus diem Riccio dixit quasi Plagiario, qui tres Sinas clam raptos Macaam vendendos

13.  
Quanciens.  
P. ou. frustra  
adit Rugg.

14.  
Expellitur,  
Sciaochinū  
redit.